



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 22. Aquensis Senatus decretum contra loci Archiepiscopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. A. C. 1601. ftens ex condicōto adventus sui signa edit; cum vero Christiani incolæ vicissim respondere negligenter, ac nocte insequente mare tantopere intumesce-
ret, ut citra certum exitii periculum nullo in loco exscensio fieri posset, hinc confestim omnis prosperi successus spes evanuit, totaque classis die quarta Septembris revulsis anchoris, expansisque pleno sinu velis sese ab urbe longius in altum abstulit, Gymnasiamque repetiit, ubi Navarrhis in consilium vocatis decretum, frustrata temporis opportunitate expeditionem in tempus commodius differendam esse. Tam dispensioso igitur apparatu nihil aliud effectum, nisi ut inde Albanix, Bosniæ & Africæ Præfecti eluctato periculo cautiores redderentur, quin propterea ul-
lum Cæsari vel Hungaris emolumentum ex imminuenda belli mole accederet.

§. XXII.

Aquensis Senatus decretum contra loci Archiepiscopum.

Haud minus hoc anno in Galliis tota Provincia turbabatur ob grave disfidium, quod inter Paulum Huraltium Aquensis Urbis Archiepiscopum, & Senatum ortum est; cum enim Joannes Imbertus Arelatensis Sacerdos puerum sexennem ad nefandam libidinem persuasum raptu

*Thuan.
lib. 126.
Abrege
Chronol.
Sæcl. XVII.*

raptu ac stupro violasset, Archiepiscopus Sæc. XVII.
 palis fori Judex, ut partes coram se A. C. 1601.
 sifterentur, lata sententia decerne-
 bat, a qua tamen pueri Parens cum
 appellasset, Senatus Aquensis die vi-
 gesima secunda Martii hujus criminis
 cognitionem ad forum suum pertinere
 declarabat, a quo Sacerdos criminis
 convictus capite damnatus est: ante-
 quam vero ad supplicium deduceretur,
 rogatur Archiepiscopus, ut hunc reum
 de Sacerdotalis dignitatis gradu de-
 jiceret: cum autem Præsul id facere re-
 nueret, & sæpius interpellatus venire
 recusaret, Sacerdos Senatus jussu die
 nona Aprilis ad supplicium ducitur.
 Quarto post die Archiepiscopus convo-
 cato Cleri sui Senatu regionum judi- *Binner ap-
 parat.*
 cum, quos violatæ immunitatis Ec- *Sæc. XVII.
 Art. III.*
 clesiasticæ reos arguebat, nomina cun-
 ctis designat, eosque Ecclesiasticæ cen-
 suræ pœnas incurrisse pronuntiat, at-
 que a Sacramentorum usu arceri præ-
 cipit. Re cognita iterato dies Archi-
 episcopo dicitur, quo tamen non com-
 parente litem deseruisse declaratum, si-
 mulque injunctum, ut præsentibus illis
 Clericis, coram quibus censuram pro-
 mulgabat, eandem revocaret, ac de-
 super testimonium ad acta referendum
 intra tridui spatium traderet, indicta
 trium aureorum millium mulcta, si
 parere

Sæc. XVII. parere recusaret, deinceps vero ejus-
 A. C. 1601. modi ausu Regiam auctoritatem labe-
 factare non præsumeret, alioquin Re-
 giæ manus injectione in bona ejus Ec-
 clesiastica plectendus foret. Hanc in-
 rem ex Senatus decreto Guilielmus
 Æmarus & Claudius Arnoldus Sena-
 tores ad Archipræsulem deputati pe-
 tierunt, ut facti pœnitens censuram
 revocaret: Renuit autem ipse, illam-
 que Avenione, ubi Papæ Legatus es-
 set, revocandam asseruit: quoniam ve-
 ro hac tergiversatione nihil proficeret,
 eandem revocabat, interposita tamen
 declaratione, quod hoc Senatus con-
 sultum non minus nullum, quam inju-
 riosum esset: ipso autem Cognitore Re-
 gio decreti executionem urgente Ar-
 chiepiscopus necessitati cedendum ra-
 tus die octava Maji apud Curiaë acta
 chirographum sua manu signatum de-
 posuit, vi cujus censuram absque con-
 ditione abrogabat, facta Sacerdotibus
 copia, ut Senatores antea Ecclesiasti-
 cis pœnis irretitos rursus ad Ecclesie
 Sacramenta admitterent. Hoc pacto
 fervens resedit studium eorum, qui pro
 affectus diversitate hinc Regis auctori-
 tatem, tranquillitatemque publicam
 haud parum labefactatam, illinc Eccle-
 siæ libertatem violenter fuisse læsam
 vociferabantur.

§. XXIII.